Θ Quod hoc futurum esset signum nativitatis eius ut de virgine nasceretur homo et dei hominis et dei filius.

Ι Quod et homo et deus christus ex utroque genere concretus ut mediator esset inter nos et patrem possit.

ΙΑ Quod de semine david secundum carnem nasci haberet.

ΙΒ Quod in bethleem nasceretur.

ΙΓ Quod humilis in primo adventu suo veniret.

ΙΔ Quod ipse sit christus quem iudaei occisuri essent.

ΙΕ Quod ipse dictus sit ovis et agnus qui occidi haberet et de sacramento passionis.

Ιϛ Quod idem et lapis dictus sit.

ΙΖ Quod deinde idem lapis mons fieret et impleret totam terram.

ΙΗ Quod in novissimis temporibus idem mons manifestaretur super quem gentes venirent et in quem iusti quique ascenderent.

ΙΘ Quod ipse sit sponsus ecclesiam habens sponsam de qua filii spiritaliter nascerentur.

Κ Quod de cruce illum fixuri essent iudaei.

ΚΑ Quod in passione crucis et signo virtus omnis sit et potestas.

ΚΒ Quod in hoc signo crucis salus sit omnibus qui in frontibus notentur.

ΚΓ Quod medio die in passione eius tenebrae futurae essent.

ΚΔ Quod a morte non vinceretur nec apud inferos mansurus esset.

ΚΕ Quod ab inferis tertio die surgeret.

Κϛ Quod cum surrexisset acciperet a patre omnem potestatem et potestas eius sit aeterna.

ΚΖ Quod pervenire non possit ad deum patrem nisi per filium eius iesum christum.

ΚΗ Quod ipse iudex venturus sit.

ΚΘ Quod ipse sit rex in aeternum regnaturus.

Λ Quod ipse sit iudex et rex.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc105/0205